6
5—e
34

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
4 A
58

B 3 6

34

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

COMPENDIVM FACIS LINGVÆ ITALICÆ

LAVRENTII FRANCIOSINI FLORENTINI.

Senis Italicæ, ac Hiſpanicæ Linguæ Profeſſoris.

ROMAE, Apud Blaſium Diuerſin, & Felicem Ceſarettum.

Superiorum Permiſſu.

BIBL. DOM. PROF. ROM. IHS

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Lecturo

Laurentius Francioſinus S.

SI paruc contentus es, Opuſculum hoc tui abundè menſuram explebit deſiderij; & eo magis, ſi idē illius voluntati non erit conſentaneū, cui præter parum, bonum etiam arri-

debat. Poſtremum hoc,quo Opuſculũ ingenij caret inopia mei,ſuppeditabit copia tui: & ſi conſilij mei rationem habebis, quo non aliud mihi in animum induxi,quàm breuiter,ac expeditè linguam Etruſcam illos edocere qui obiter,& ocreati,(vt ita loquar) hac appetunt informari, certiſſimè puto, te aliquarum vocum vſum non damnaturũ, quæ magis ad huius, quã ad regulæ normam, è meo aliquandò, innumerorumque Etruſci idiomatis Scriptorum calamo defluxerunt, cum vocabula, quæ loquendo communiter vſurpamus,monetæ,quæ quotidiè impenditur,inſtar ſint,quæ non quòd ex proba ſit admixtione conflata, recipitur, ſed quòd accepta exponitur in forum vſus,cuius iuri cedit omnis

re-

regula:& hoc illud eſt, quod ad huius Opuſculi finem attinet; reliquum tã-tum eſt; te rogem (vt illud (qualecunque eſt) bonum exiſtimes in præſentia, vſq; dum aliud hoc longè melius edatur in lucem.

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſs. Patri Mag. Sac. Pal. Apoſt.

O. Epiſc. Patrac. Viceſg.

Imprimatur,

F. Hyacinthus Libellus Sac. Pal. Apoſt. Mag.

Digitized by Google

INDEX.

B, & *P*, Quomodo à Germanis interdum pronuncientur. Pag. 2.
Bello. Quando vltimam ſyllabam reijciat. 6.
Che. Quando amittat. *be*. 17
D, & *T*. Quomodo aliquando Germani efferant. 2.
Dictiones, quę in penultima ſyllaba habét aliquam ex his litteris l, m, n, r, quomodo vocalem reijciãt. 5.
Geminum *L*, quando vltimam ſyllabam reſpuat. 5.
In fine membri fugienda vocalium reiectio 8.
M. Quando vocalem amittat. 6.
N. *R*. Quando vocalem expellant. 6.
No, vel *Non*. Quando vſurpandum. 307.
Nomina, quæ ante O, finale habent

C3

C, vel G, aſſumunt aliquando in plurali H. 28.
Ogni quid ſignificet. 26.
Ogni coſa cuius generis ſit. 27
Ordinales numeri. 332.
Parecchi, & *Parecchie*, quid ſignificēt. 27.
Particulæ *Mi, ti, ci, ſi, vi, lo, la, le, ne, &c.* quando geminent conſonantem. 75.
Quello, Quando in plurali cōtractionem patiatur. 6.
Quibus nominibus præfigatur Articulus. 49.
Queſto, quello, Coteſto, quid differant inter ſe. 67.
Queſti, & quegli, quid ſignificent. 26.
Quomodo conſonantes in oratione coniungantur. 11.
Quomodo fiat motio de genere in genus. 23.

Quo-

Quomodo aliqua Verba Latina italicè conſtruantur. 219.

Quomodo Voces Infiniti Latini italicè per Indicatiuū reddātur. 262.

Quomodo Infiniti Latini tempora reddantur italicè. 258.

Quomodo Gerundia in Di, & in Dū reddantur italicè. 274.

Quomodo Coniunctiuus modus *Latinorum* per Gerundium in *Do*, reddatur italicè. 272.

Quomodo Gerundium in *Do*, italicè reſoluatur. 269.

Santo, Quando amittat vltimam ſyllabam. 4.

Vno, Quando reijciat O. 8.

INDEX.

DE

Accentibus. 12.
Aduerbijs. 277.
Aduerbiorũ ſpeciebus. 279.
Apoſtropho. 14.
Articulis. 40.
Articulo *Il*, *Lo*, & *La*. 42.
Articulorum Declinatione 45.
Comparatiuis, & Superlatiuis 73.
Coniugationibus 111.
Prima 111.
Secunda 132.
Tertia. 173.
Quarta 196.
Coniũctione. 355.
Declinatione Pronominum Primitiuorum. 59.
Differentia Articulorum *Il*, & *lo*. 42.
Diphtongis 9.
Elegantia Articuli. 48.
Formatione Numeri pluralis. 24.
Generibus. 19.
Gerundijs. 269.
Imperſonalibus 246.
Infinitis, eorumq; conſtructione. 252.
Inflexione Verbi reciproci 155
Interrogatione

ca-

INDEX.

cuius es? 86.
Interiectione. 349
Irregularibus
Primæ Coniugationis. 116.
Secundæ. 136.
Tertiæ 177.
Quartę. 199.
Literis Italicis, earumq; numero, ac Pronunciatione. 74.
Modo declinandi per omnes Nominum terminationes 54
Neutris. 241,
Nominibus etheroclitis. 32.
Nominibus Opificum. 37.
Nomine *Vno*. 8.
Nominibus diminutiuis. 37.
Nominibus, quæ in plurali aſſumunt H. 28.
Nominibus in Ame, Accio, & One. 38.
Nominibus, quæ reſpuunt Articulum. 52.
Numero Articulorum. 40.
Numeris Cardinalibus, Ordinalibus, & Diſtributiuis. 329.
Participijs primæ Coniugationis, 232.

Par-

Particulis mi, ti, ci, ſi. 75.
Ci, vi, ne. 78.
Ne. 84.
Di, A, Da. 85.
Da, dal, da, vel dai. 93.
Per. 43.
Paſſiuis. 239.
Præpoſitionibus *In nello, nella, &c.* 80.
Con, col, con lo, con gli, &c. 83.
Pronominibus
Che. 73.
Chi. 68.
Chiunque. 69.
Colui, & Colei. 65.
Di ſe. 60.
Egli, 63.
Ella. 65.
Io. 59.
Quale. 70.
Tu. 59.
Tutto. 57.
Verbis Auxiliaribus. 98.
Verbis Imperſonalibus Paſſiuæ vocis. 250.
Verbis in *Sco.* 214.
Verbis Defectiuis. 244.
Verbis. 98.
Amo. 111.
Apro. 199.
Cado. 136.
Cuopro. 201.
Debbo 139.
Dico. 203.
Do,

INDEX.

Do.	121.	Sento.	196.
Doglio.	142.	So.	162.
Eſco.	205.	Soglio.	163.
Fo.	125.	Sono.	105.
Giacio.	147.	Sto.	128.
Godo.	132.	Taccio.	164.
Ho.	98.	Temo.	166.
Muoio.	207.	Tengo.	168.
Odo.	209.	Vaglio.	170.
Paio.	149.	Vengo.	211.
Perdo.	173.	Vo.	117.
Perſuado.	151.	Voglio.	172.
Piaccio.	153.	Vſu Participiorum apud Etruſcos.	275.
Poſſo.	155.		
Rimango.	157.		
Seggo.	159.	Vſu vocalium.	3.

FINIS.

DE

Digitized by Google

DE LITERIS ITALICIS, earumque numero, ac pronunciatione.

Cap. Primum.

Literæ, quibus vtuntur Itali ſunt. A, b, c,d, e,f,g,h,i, l, m, n, o, p, q, r, ſ, t, u,z, *Et ſic pronunciantur* :

A,bi,ci,di,e,ef,gi,acca,i,el,em,en,o pi,qu,er,es, ti,v, zeta.

Ph,*pro* F,K,*pro* Ca , y,*pro* i, x(quam vocant acciſe)pro *S*,nullum habent locum apud Etruſcos. *H* , communiter reijcitur, præterquam in verbo, *Ho*, in nomine *Huomo*, & in his vocibus *Ah*; *Deh*,& ſimilibus.

Digitized by Google

Admonitio.

B,& P,cum parum diſcrepent à Latinorum pronunciatione, proindè hic Germani præ cæteris monendi ſunt, vt diligenter obſeruent ſingularum diuerſum, diſtinctumque ſonum, ne ridiculè in *botta*, ideſt *bufo*, animal venenoſum pro *P* pronuncient, denotantes cunnum, membrũ fœminę, ſi non ita venenoſum, magis fortaſsè aliquando periculoſum, & contagioſum. *Item.*

Ne *D* cũ T confundant, & pro *Durare*, Turare, & pro *darlo*, tarlo pronuncient. *Item.*

Ne F, pro V, vt, *Ficário* pro Vicário, *Inferno*, pro Inuerno.

De Vſu Vocalium Cap. 2.

QVamuis vocales in principio, & in medio ſcribi poſſint, videntur tamen regni ſui Sedem fixiſſe in fine.

Excipe.

Particulas *Ad, al, con, dal, ed, il, in, non, pel, per,* & nomina peregrina, vt *Adam, Nembroth, Dauid,* & ſimilia, quæ in *O,* vel *E,* finire conſueuerunt, vt *Abramo, Nembrotte, Dauide,* &c.

Huom, amittit aliquādo apud Poetas *O,* Finale, vt *Il ſonn'è veramente; qual huom dice.*

Gran pro Grande, vel Grandi, indifferenter ad genus, & ad numerum vſùrpatur ante dictionem incipientem à ſimplici conſona, vel à dua-

bus, quarum ſecunda ſit *r*, vel *l*, vt *gran coſa, gran ſoldato, gran Prencipe, gran plebeo; gran coſe, gran ſoldati, grā Principi, gran plebei*

Quando verò dictio incipit à vocali, vel à Littera *S*, quam immediatè ſequatur alia conſona, vel ante articulum *Il.* aut *La*, e in fine dictionis ſemper integrè ſcribitur, ac pronunciatur, vt *grande amore, grande ſtudio, grande ſperanza, grande il campo, grande la carità, animo grande.*

Santo, ante dictiones incipientes à ſimplici conſona, vel à duabus, quarum ſecunda ſit *R*, vel *l*, amittit vltimam Sillabam, vt *San Giouanni, San Lorenzo, San Placido, San Prudenzio.*

Sequente verò *S*, cum alia conſona, ante vocalem, (& tunc cum apo-

ſtropho)

ſtropho) & in fine dictionis integrè ſcribitur, vt *Santo Stefano, Sant' Agoſtino, San Doménico è ſtato vn Gran Santo*.

Dictiones, quæ habent in vltima syllaba aliquam ſimplicem ex liquidis *l*, *m*, *n*, *r*, euphoniæ cauſa vocalem amittunt ſi ſequens dictio incipit à ſimplici conſona, vel à duabus, quarum ſecunda ſit *L*, vel, *R*, ſed non omnes in eodem numero, *L*, enim reijcit ſuam vocalem ſolum in numero ſingulari, vt *mortal paſſione, incredibil tributo, liberal Prencipe, inſopportabil plebe*, pro mortale paſſione, incredibile tributo, liberale Prencipe, inſopportabile plebe.

Excipe, Polo, & Volo:

Geminum *l*, non modo vocalem, ſed vltimam ſyllabam reijcit quando nomina in genere tantum

maſculino deſinunt in O; vt *coltèl tagliente, Fratel cariſſimo, Bargel di campagna, bel cane, quel Principe, &c.* pro coltello tagliente, fratello cariſſimo, Bargello di Campagna, bello cane, quello Principe, &c.

Excipe

Apollo, collo, pollo augello, & ſimilia. *Bello*, & *quello* in numero plurali nō ſolum vltimæ ſyllabæ reiectionem, ſed contractionem patiuntur, vt *be' cani, que'*, vel *quei Principi*.

Eadem cōtractio accidit nominibus *Tale*, & *Quale*, quæ in plurali faciunt *ta*, vel *tai, qua*, vel *quai*.

M, vocalem reijcit ſolum in voce *Huomo*, (vt iam diximus) in perſona prima plurali coniunctiui, & Futuri, *vt habbiam, leggerem*, pro habbiamo, leggeremo.

N, *R*, vocalem reijciunt in vero-

que

que numero, vt *Can bello, can belli, man bianca man bianche, fior vermiglio, fior vermigli*, pro cane bello, cani belli, mano bianca, mani bianche, fiore vermiglio, fiori vermigli.

Excipe.

Soſtegno, pegno, ſtrano, duro, chiaro, oſcuro, &c. quæ ſemper integre ſcribuntur; ac pronunciantur.

Tertia perſona pluralis indicatiui, & Futurum omnium verborum deſinentium in *anno*, ſequente vna, vel duabus conſonis, quarum ſecunda ſit liquida, poteſt amittere vltimam ſyllabam, vt *Che ſan quei Signori? Che t'han detto? han cominciato? van penſando, ſaran buoni, &c.* pro, Che fanno, che t'hanno detto, hanno cominciato, vanno penſando, ſaranno buoni, &c.

Admonitio.

Fugienda eſt omnis vocalium reiectio in fine membri, vel clauſulæ, præſertim vero ante dictiones incipientes à litera S, cum alia conſona, vt *quello ſfortunato, eſſere ſtracco, &c,* non autem quel sfortunato, eſſer ſtracco.

Vno Ante ſimplicem conſonam, vel ante duas, quarum ſecunda ſit liquida amittit O, vt *Vn cauallo, vn ſoldato, vn prencipe, vn plebeo.*

Sequente vero s, cum alia conſona, & in fine dictionis integrè ſcribitur, vt *Vno ſcudo, vno ſtiuale, quanti ſcudi hai tu? vno.*

Sequente vocali patitur apoſtrophũ vt *vn'anno, vn' elemento, & vn'idolo, &c.*

Vna, in genere Fæminino integrè ſcribitur, vt *vna ſtella, vna donna, vna Chieſa &c,* Antè

Ante vocales verò cum apoſtropho, vt *vn'anima, vn'elegia,&c.*

De Diphtongis. Cap. 3.

DIphtongus eſt conglutinatio duarum vocalium in eadem ſyllaba vim ſuam ſeruantium; vt
Ai, *vt* mai, *vnquam*.
Au, *vt* augello, *auis*.
Ei, *vt* mièi, *mei*.
Eu, *vt* Europa, *Europa*.
ja, *vt* già, *iam*.
ie. *vt* ieri, *heri*.
ij, *vt* principij, *principia*.
io, *vt* pioggia *pluuia*.
iu, *vt* piuma, *pluma*.
va, *vt* quale, *qualis*.
vi, *vt* quinto, *quintus*.
vo, *vt* muouo, *moueo*.

Diphtongi, *vo*, & *ie*, accentu ef-

feruntur

feruntur acuto, & ſi hic propter dictionis prolongationem non cadit ſupra vltimam literam diphtongi , diphtongus diſſoluitur , vt ex *Figliuolo* , & ex *fieno* , v.g.non poteſt dici *figliuolino* , & *fienile* , ſed figliolino , & fenile ; quia accentus, qui cadebat ſupra *vo*, & *ie*, cadit ſupra *li*,& *ni* .

Diphtongus *ie*,quamuis accentus transferatur integra tamen aliquando remanet,præſertim ſequente poſt *i*, *r*, vel *t*,vt ex *fiero*, & *pietra*,v g,dicimus fieriſſimo, pietruzza.

Sequente *l*,poſt *i*,diphtongus diſſoluitur , non enim dicimus *gielare*, *gieloſo*,ſed gelare , geloſo, &c.

Qua-

Quomodo Conſonantes in Oratione coniungantur. *Cap.4.*

FVge in principio dictionis eiuſdẽ literæ geminationem.

In medio dictionis quælibet litera geminàri poteſt præter Q. & quia ex ipſa pronunciatione ſatis liquet, vbi ſimplex, vel gemina eadem litera ſcribi debet, operoſum magis, quã neceſſarium exiſtimaui longiorem hac de re ſermonem inſtituere, quis enim non animaduertat differentiam, quæ eſt inter *oſo*, ideſt audeo. & *oſſo*, ideſt os, oſſis, & ſimilibus?

S, cum omnibus ferè conſonantibus, ſcribitur, ita tamen, vt eas præcedat, vt *sbadigliare*, oſcitare. *ſcolare*, diſcipulus: *ſdrucire*, diſſuere

re: *ſfacciato*, impudens: *ſgrazia to*, infortunatus; *ſlargare*, dilatare. *ſmorto*, exanguis; *ſnello*, agilis; *ſpirito* ſpiritus; *ſquartare*, in partes diſcerpere, *ſtrignere* ſtringere *ſuenturato*, infelix.

De Accentibus. cap. 5.

ACcentus ſunt tres; acutus grauis, & circumflexus.

Acutus ſcribitur in medio, vt *gía* pro giua, *ibat*: Scribitur etiam in primis perſonis ſingularibus præteriti primi primæ Coniugationis, pro litera *i*, ante pronomen *mi*, vt *quietámi*, pro quietâimi, *acquieui*.

Idem fit in alijs temporibus deſinentibus in *i*, poſt vocalem quando pronomen ſubiungitur, vt *ricorderáti*, *dirálo*, *puólo fare*.

Grauis ſcribitur in fine dictionis, vt

vt *amò, vdì, andò*, amauit, audiuit, iuit:

Item,

In prima, & tertia perſona Futuri primi ſingularis numeri omnium verborum, vt *canterò canterà, haurò, haurà, leggerò, leggerà, vdirò, vdirà, &c.*

Item:

In tertia perſona ſingulari Præteriti perfecti omnium verborum regularium, vt *amò poſſedè, perdè, ſentì, &c.*

Vltimo ſcribitur in vocibus abbreuiatis, vt *ſanità, virtù, Città, verità, infermità, &c.* pro ſanitade, virtude, Cittade, veritade, infermitade; quæ magis apud poetas, quam oratores ſunt in vſu.

Circumflexus ſcribitur in vltima ſyllaba, vt *tâ, quâ* pro tali quali:

Item

Item.

In medio dictionis differentiæ cauſa, idque in vocibus ſyncopatis, vt *amâro*, pro amarono, vel ab *amaro* ſine accentu idest amarus, a, rum.

De Apoſtropho. *Cap.* 6.

Apoſtrophus eſt nota reiectæ vocalis, euphoniæ, ſeu iucundioris ſoni cauſa, ad euitandum nimiũ hiatum ex concurſu conſonantium, & plerumque in Articulo, pronomine, præpoſitione, & aduerbio locum ſibi vendicat hoc modo.

In Articulo *Il*, ſemper reijcitur prima vocalis articuli, ſi præcedat alia vocalis, vt *tutto'l mondo*, pro tutto il Mondo.

In alijs, finalis vocalis reijcitur ante vocalem ſequentis dictionis, vt

On-

Ond'io, ou'altri, d'alcuno, pro onde io, oue altri, di alcuno.

Excipe.

Nè, vt, nè tu, *ne'l Ciel fareſti*.

Lo, & *la*, ante vocalem patiuntur apoſtrophum, vt *l'huomo*, *l'anima* pro lo huomo, la anima.

In vocibus, quæ incipiunt ab *im*, vel *in*, ſequente alia cõſona, in initialis dictionis litera reijcitur, vt *Lo'mperadore*, *la'nuidia*, ſed vſitatius *l'Imperadore*, *l'inuidia*.

Per, præpoſitio, ante Articulum ſingularis numeri reijcit vltimam conſonantem cum vocali Articuli, vt *Pel mondo*, pro *Per il mondo*: ſed vſitatus *per lo mondo*.

Li, Articulus pluralis obticetur ante conſonam cum *R*, finali prepoſitionis *Per*, vt *pe' piani*, pro per lipiani.

Item.

In medio dictionis c

cauſa, idque in vocibus ſ

vt *amâro*, pro amarono, ve

ſine accentu ideſt amaru

De Apoſtropho . Ca

APoſtrophus eſt nota

calis, euphoniæ, ſeu

ris ſoni cauſa, ad euitar

hiatum ex concurſu co

& plerumque in Articul

ne, præpoſitione, & adu

ſibi vendicat hoc modo

In Articulo *Il* , ſem

prima vocalis articuli ,

alia vocalis, vt *tutto'l mo*

to il Mondo .

In alijs , finalis voc

ante vocalem ſequentis

Ond'io, su'altri, d'alcuno, pro onde io, oue altri, di alcuno.

Excipe.

Nè, vi, nè tu, ne'l Ciel, ſardi.

Lo, & la, ante vocalem patiuntur apoſtrophum, vt l'vomo, l'anima pro lo huomo, la anima.

In vocibus, quæ incipiunt in ſe, vel in, ſequente alia conſonante ... his dictionis litera reijcitur, vt ... peradore, lo'nuilis, ſed vſitatius l'Imperadore, l'Inuidia.

Per, prepoſitio, ante Articulum ſingularis numeri ... conſonantem cum vocali ... vt Pel mondo, pro Per il mondo ... ficatus per lo mondo.

Li, Articulus pluralis ... ante conſonans cum P, ... dictionis Per, vt pe' ... ui.

lli.

l *ſuoli*, ſui, ſoles

ui.

be, ci, di, in, mi, ne,

nter apoſtrophum

he

parar non truouo.

dmonitio.

be, ſequente dictio-

aſpiratione, vſus

vocalem, & aſpira-

remanet C, vt *c'ha-*

ianger'vn ſaſſo. pro

Ci

iſogno ſeguirui.

Di.

mal te ſola incolpo.

In

r tutto, e'nſù le porte,

Admonitio.

Fugienda eſt omnis vocalium reiectio in fine membri, vel clauſulæ, præſertim vero ante dictiones incipientes à litera S, cum alia conſona, vt *quello ſfortunato, eſſere ſtracco, &c*, non autem quel sfortunato, eſſer ſtracco.

Vno Ante ſimplicem conſonam, vel ante duas, quarum ſecunda ſit liquida amittit *O*, vt *Vn cauallo, vn ſoldato, vn prencipe, vn plebeo*.

Sequente vero s, cum alia conſona, & in fine dictionis integrè ſcribitur, vt *Vno ſcudo, vno ſtiuale, quanti ſcudi hai tu? vno.*

Sequente vocali patitur apoſtrophũ vt *vn'anno, vn' elemento, & vn'idolo, &c.*

Vna, in genere Fæminino integrè ſcribitur, vt *vna ſtella, vna donna, vna Chieſa &c*, Antè

Ante vocales verò cum apoſtropho, vt *vn'anima, vn'elegia,&c.*

De Diphtongis. Cap. 3.

DIphtongus eſt conglutinatio duarum vocalium in eadem ſyllaba vim ſuam ſeruantium; vt

Ai, *vt* mai, *vnquam*.
Au, *vt* augello, *auis*.
Ei, *vt* mièi, *mei*.
Eu, *vt* Europa, *Europa*.
ja, *vt* già, *iam*.
ie. *vt* ièri, *heri*.
ij, *vt* principij, *principia*.
io, *vt* pioggia *pluuia*.
iu, *vt* piuma, *pluma*.
va, *vt* quale, *qualis*.
vi, *vt* quinto, *quintus*.
vo, *vt* muouo, *moueo*.

Diphtongi, *vo*, & *ie*, accentu ef-

feruntur

feruntur acuto, & ſi hic propter dictionis prolongationem non cadit ſupra vltimam literam diphtongi, diphtongus diſſoluitur, vt ex *Figliuolo*, & ex *fieno*, v.g. non poteſt dici *figliuolino*, & *fienile*, ſed figliolino, & fenile, quia accentus, qui cadebat ſupra *vo*, & *ie*, cadit ſupra *li*, & *ni*.

Diphtongus *ie*, quamuis accentus transferatur integra tamen aliquando remanet, præſertim ſequente poſt *i*, *r*, vel *t*, vt ex *fiero*, & *pietra*, v.g. dicimus fieriſſimo, pietruzza.

Sequente *l*, poſt *i*, diphtongus diſſoluitur, non enim dicimus *gielare*, *gieloſo*, ſed gelare, geloſo, &c.

Que-

Quomodo Conſonantes in Oratione coniungantur. *Cap.4.*

FVge in principio dictionis eiuſdẽ literæ geminationem.

In medio dictionis quælibet litera geminàri poteſt præter Q. & quia ex ipſa pronunciatione ſatis liquet, vbi ſimplex, vel gemina eadem litera ſcribi debet, operoſum magis, quã neceſſarium exiſtimaui longiorem hac de re ſermonem inſtituere, quis enim non animaduertat differentiam, quæ eſt inter *oſo*, ideſt audeo. & *oſſo*, ideſt os, oſſis, & ſimilibus?

S, cum omnibus ferè conſonantibus, ſcribitur, ita tamen, vt eas præcedat, vt *sbadigliare*, oſcitare. *ſcolare*, diſcipulus: *ſdrucire*, diſſuere

re : *ſfacciato* , impudens : *ſgrazia to*, infortunatus; *ſlargare*, dilatare. *ſmorto*, exanguis ; *ſnello*, agilis: *ſpirito* ſpiritus ; *ſquartare*, in partes diſcerpere , *ſtrignere* ſtringere *ſuenturato*, infelix .

De Accentibus. cap. 5.

ACcentus ſunt tres ; acutus grauis, & circumflexus .

Acutus ſcribitur in medio, vt *gía* pro giua , *ibat* : Scribitur etiam in primis perſonis ſingularibus præteriti primi primæ Coniugationis, pro litera *i*, ante pronomen *mi* , vt *quietámi* , pro quietâimi , *acquieui* .

Idem fit in alijs temporibus deſinentibus in *i*, poſt vocalem quando pronomen ſubiungitur , vt *ricorderáti*, *dirálo*, *puólo fare* .

Grauis ſcribitur in fine dictionis, vt

vt *amò*, *vdì*, *andò*, amauit, audiuit, iuit:

Item,

In prima, & tertia perſona Futuri primi ſingularis numeri omnium verborum, vt *canterò canterà*, *haurò*, *haurà*, *leggerò*, *leggerà*, *vdirò*, *vdirà*, *&c.*

Item.

In tertia perſona ſingulari Præteriti perfecti omnium verborum regularium, vt *amò poſſedè*, *perdè*, *ſentì*, *&c.*

Vltimo ſcribitur in vocibus abbreuiatis, vt *ſanità*, *virtù*, *Città*, *verità*, *infermità*, *&c.* pro ſanitade, virtude, Cittade, veritade, infermitade; quæ magis apud poetas, quam oratores ſunt in vſu.

Circumflexus ſcribitur in vltima ſyllaba, vt *tâ*, *quâ* pro tali quali:

Item

Item.

In medio dictionis differentiæ cauſa, idque in vocibus ſyncopatis, vt *amâro*, pro amarono, vel ab *amaro* ſine accentu idest amarus, a, rum.

De Apoſtropho. Cap. 6.

Apoſtrophus eſt nota reiectæ vocalis, euphoniæ, ſeu iucundioris ſoni cauſa, ad euitandum nimiũ hiatum ex concurſu conſonantium, & plerumque in Articulo, pronomine, præpoſitione, & aduerbio locum ſibi vendicat hoc modo.

In Articulo *Il*, ſemper reijcitur prima vocalis articuli, ſi præcedat alia vocalis, vt *tutto'l mondo*, pro tutto il Mondo.

In alijs, finalis vocalis reijcitur ante vocalem ſequentis dictionis, vt

On-

Ond'io,ou'altri,d'alcuno, pro onde io, oue altri, di alcuno.

Excipe.

Nè, vt, nè tu, *ne'l Ciel fareſti*.

Lo, & *la*, ante vocalem patiuntur apoſtrophum, vt *l'huòmo*, *l'anima* pro lo huomo, la anima.

In vocibus, quæ incipiunt ab *im*, vel *in*, ſequente alia cõſona, in initialis dictionis litera reijcitur, vt *Lo'mperadore*, *la'nuidia*, ſed vſitatius *l'Imperadore*, *l'inuidia*.

Per, præpoſitio, ante Articulum ſingularis numeri reijcit vltimam conſonantem cum vocali Articuli, vt *Pel mondo*, pro *Per il mondo*: ſed vſitatus *per lo mondo*.

Li, Articulus pluralis obticetur ante conſonam cum *R*, finali prępoſitionis *Per*, vt *pe'piani*, pro per lipiani.

Gli, Articulus, ante a, e, o, & u, non patitur apoſtrophum, ſed integer ſcribitur, vt *glì altâri, gli elementi, gli onori, gli vditori*.

Gli, reijcit finalem vocalem antè dictionem incipientem à vocali *i*, vt gl'imperadori, gl'impacci, &c.

Le, Articulus pluralis Fœmininus apoſtrophum in verſu ſemper patitur; niſi metri ratio impediat, ſed in ſoluta oratione vocalium concurſus maiorem habet emphaſim, vt *le egrègie virtù, le onorate impreſe*.

C, & *G* finales quando ſequens dictio incipit ab *I*, vel ab *E*, aſſumunt apoſtrophum cum litera *h*, vt *dich'io*, pro dico io, *pagh'ella*, pro paga ella.

In vocibus diſſyllabis dicimus etiã, quamuis nulla ſequatur vocalis.

Me' pro *meglio*, melior vel melius.

Puo', pro *puoi* Potes.

Que',

Que', pro *quei*, illi.

Suo', pro *ſuoi*, vel *ſuoli*, ſui, ſoles.

Tuo', pro *tuoi*, tui.

Monoſyllaba *Che, ci, di, in, mi, ne, ſe, ſi, ti, vi*, frequenter apoſtrophum patiuntur, vt

Che

Altro diletto, ch'imparar non truouo.

Admonitio.

In hac voce *Che*, ſequente dictione incipiente ab aſpiratione, vſus ipſe adhuc delet vocalem, & aſpirationem ſimul; & remanet C, vt *c'hauria virtù di far pianger'un ſaſſo.* pro *che hauria*

Ci

Non c'è di biſogno ſeguirui.

Di.

Perche d'ogni mio mal te ſola incolpo.

In

Mi ſan guerra per tutto, e'nſù le porte,

Mi

Benche doglioſo, e ſolo m'habbia laſciato.

Ne

Deh non rinnouellar quello, che n'ancide.

Se

Non ſi de' lamentar s'altri l'inganna,

Si

In te i vaghi penſier s'arman d'errore.

Ti

Nè ſtimato t'hauerei ſi prode, e fiero,

Vi

Neſſun vi ricanobbi, e s'alcun v'era.

Apoſtrophus aliquãdo ſcribitur ante conſonam, cuius finalis vocalis reticetur, vt *men' pento*, pro me ne pento.

Scribimus etiam *che' ntanti*, *che' mpatienza*, pro che in tanti, che impatienza.

Apoſtrophus non habet locum in ſyllaba notata accentu graui, non enim

nim dicimus v.g. *far'anco*, pro farò anco.

Cauendum eſt vltimò, ne per apoſtrophum obſcuretur ſignificatio, aũt proprietas vllius vocis; tũc enim ſatius fuerit retinere omnes vocales, quam reiectione vnius literæ amittere ſignificationem vocabuli.

De Generibus. Cap. 7.

GEnera ſunt duo, maſculinum, & fœmininum: Maſculinum ſignificatur per articulum *Il*, vel *I*, vt *il pane, il cane, il Prencipe, il plebeo, lo ſcudo, lo ſpirito, l'amico, l'elemento, &c.*

Fœmininum per Articulum *la*, vt *la caſa, la donna, la ſpalla. l'acqua, l'anima, &c*

Ex numero vocalium deduci poſſunt hæ omnes obſeruationes.

A

Omnia Nomina deſinentia in A ſunt generis fæminini.

Excipe

Abbachiſta, Alchimiſta, *Anabatiſta*, *Ateiſta*, *Caluiniſta*, &c. *Arciduca*, *gran Duca*, *Pianeta Compatriotta*, *Computiſta Enéa Geſuita*, *Bernabita*, *Legiſta*, *ſapienziſta*, *Papa*, *Poeta*, *Profeta*, *ſempliciſta*, & ſimilia; quæ ſunt generis maſculini.

E

De ſubſtantiuis deſinentibus in E non poteſt aſsignari certa regula, quam plurimum enim ſunt generis fæminini,

Admonitio.

Cárcere, *conſorte*, *fine*, *fonte*, v.g. quãuis ſint generis communis, non tamen poſſunt vno, eodemque tempore ad genera diuerſa referri; Non igitur

igitur dices *la fonte è chiara, e limpido;* i *ſine fù buono, e ſanta,* ſed debet concordari articulus cum adiectiuo hoc modo *la fonte è chiara , e limpida, il ſine, fù buono, e ſanto .*

Adiectiua deſinentia in E vtroq; genere vſurpantur, vt *Huomo nobile, donna illuſtre, marito corteſe, moglie obbediente .*

Genus neutrum Latinorum comprehenditur ſub maſculino, & explicatur per articulum *Il,* vel *lo;* vt *il fiume, il Cielo, l'elemento, lo ſtudio.*

I

Quę in I deſinunt, vel ſunt nomina virorum, vt *Giouanni,* vel locorũ, vt *Parigi,* vel familiarum (& vtroq; genere , ac numero vſurpantur,) vt *Medicei, Orſini , &c.* vel ſunt Adiectiua, vt *Ogni, pari,* quæ ſunt communia ,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Dì, pro *Giorno*, cum deriuatis *Lunedì, Martedì, Mercoledì, Giouedì, Venerdì, &c.* eſt generis maſculini,

Pronomina ex ipſa ſignificatione in hac, vel illa terminatione oſtendunt ſuum genus, vt *egli, colui, coſtui queſti, colei, coſtei, &c.*

O

Deſinentia in O maſculina ſunt, vt *il Cielo, il cauallo, il regno.*

Excipe

Fœmininum *Mano*, & pronomen *Io*, quod vtroque genere vſurpatur.

V

In V, pauca, ſunt, *Gesù, Corfù Perù, Eſaù, Grù*, & aliqua nomina abbreuiata, vt *virtù, ſeruitù, giouentù, &c.*

Arborum nomina commmuniter maſculina ſunt, exceptis *Palma, Quercia, &c.*

Quomodo

Quomodo ſiat motio, de genere in genus. Cap. 8

GEnus fœmininum formatur à maſculino, mutando in Adiectiuis O, in A, vt *bello*, *bella*, *Santo*, *Santa*, *bianco*, *bianca*, &c.

Subſtantiua etiam quædam variant, vt *Caualiere*, *Caualiera*, *Conte*, *Conteſſa*, *Duca*, *Ducheſſa*, *Marcheſe*, *Marcheſa*, *Principe*, *Principeſſa*, *Rè*, *Regina*, *e Reina*. &c.

Adiectiua præmittendo Articulū tranſeunt in ſubſtantiua, vt *il dolce*, *l'amaro*, *il bello*, *il buono*, &c. pro la dolcezza, l'ammarezza, la bellezza, la bontà.

De Formatione Numeri pluralis. *Cap. 9.*

PLuralis numerus formatur à ſingulari mutando finalem vocalem in I, vt *Profeta, Principe, Giardino*, quæ in plurali faciũt *Profeti, Principi, Giardini, &c.*

Excipe.

Fœminina in A, quæ faciunt pluralem in E, vt *la roſa, le roſe, la donna; le donne, &c.*

Huomo, facit *Huòmini*, & non Huomi.

Il, Articulus reiicit finalem conſonam, aut pręmittit, dicimus enim *i*, vel *li*.

Lo, deberet formare *li*, ſed communius *Gli*.

Singularia in *io*, ideſt nomina, quæ

in

in ſingulari habent *i*, liquidum ante vltimam finalem, vt plurimum illud amittunt, præſertim verò ſi præcedat C, vel G, vt *cacio, caci, Biagio, Biagi,* & communiter *cuoio, cuoi, occhio, occhi, ſauio ſaui, ſpecchio, ſpecchi, ſtudio, ſtudij, &c.*

Dicimus autem *eſercizij, martirij, Pij, Premij, Tempij, vizij,* ad differentiam *eſercitii, mártiri,* pi, premi, *tempi, viti,* quæ ſunt pluralia ab *eſercito, martire,* P, litera, *premi,* ideſt premis, *tempo, vite*.

Quæ in ſingulari habent *v*, vel *i*, ante aliam vocalem in plurali aſſumunt *o*, vel *e*, ante *i*, vt *bue, buoi. mio, miei*.

Quædam finientia in *ie*, diphtongum, reijciunt in plurali vltimam literã, vt la *moglie, le mogli*. Vxor.

Excipe

Excipe,

Effigie, *ſpecie*, *ſuperficie*, quæ in vtroque numero eãdem terminationem ſeruant,

Rè in vtroque numero apud oratores; & apud Poetas *Regi*.

Angue ideſt anguis ſingulariter tãtum apud poetas.

Quæ finiunt in *i*, nihil mutant, vt *Pari*, dicimus enim *di pari ingegno*, *di pari penſieri*, *&c.*

Queſti, *quegli*, *&* *altri*, ſingularia tantum ſunt, & abſolutè pro hic, illè quis accipiuntur.

Ogni, collectiuum, & ſingulare tãtum eſt, & ex ſe nihil ſignificat, & non poteſt cum plurali coniungi, nõ enim dicimus *ogni giorni*, *ogni huómini*, *ogni caualli*. ſed ogni giorno, ogni huomo, ogni cauallo, &c. *Excipe*,

Ogniſſanti, ideſt Feſtum omnium Sancto-

Sãctorum, & nomina tempus ſignificantia, & aduerbia numeralia: dicimus enim, *Ogni due, o tre giorni, ogni tre anni, ogni tre, ò quattro volte, &c.*

Ogni, præfixum adiectiuo *Vno*, abſolutè, ac ſimpliciter ad perſonas tantum refertur, vt *ogn' vno, ogn' vna*, ideſt *ciaſcuno, ciaſchuna, ciaſcheduno, ciaſcheduna*, vnuſquiſque,

Ogni, In plurali facit *Tutti*, e *Tutte*, omnes.

Admonitio.

Ogni coſa, ſequente aliquo adiectiuo, neutraliter vulgò accipitur pro *tutto*, vt *In vn ſubito fù ogni coſa di ſpauento, e di tenebre ripieno. Ogni coſa è buono*, pro ogni coſa ripiena, buona, &c.

Parecchi. & *Parecchie* pluralia tantum ſunt, & minus ſignicant quàm *molti & molte*. Nota-

Notata accētu graui immutabilia ſunt, vt *belta, Rè, ſeruitù, Città, virtù, &c.*

Più. In omni genere, ac numero dicitur, vt *più roba,* vel *robba, più danari, &c.*

Nomina quæ ante *O*, finalem habent *C*, vel *G*, pleraque in formatione pluralis numeri aſſumunt *H*, vt

Abbaco, ábbachi, *Ars ſupputandi,*
Ago, aghi, & *á*gora, *Acus.*
Becco, becchi, *Hircus:*
Branco, branchi, *Caterua.*
Bruco, bruchi *Brucus.*
Buco, buchi, *Foramen.*
Cuocho, cuochi, *Coquus.*
Diálogo, diáloghi, *Dialogus.*
Drago, draghi, *Draco.*
Ecco, ecchi, *Echo.*
Fango, fanghi, *Lutum.*
Fiammingo, Fiamminghi, *Belga.*

Fico,

Fico, Fichi, *Ficus*.
Fungo, Funghi, *Fungus*.
Fuoco, Fuochi. *Ignis*.
Gjaco, Giachi, *Lorica*,
Greco, grechi *Vinum græcum*.
Imbriaco, imbriachi. *Ebrius*.
Lago, laghi, *Lacus*.
Luogo, luoghi, *Locus*.
Luſcio, Luſchi, *Luſcus*.
Mago, maghi. aliquando Magi, *Magus*.
Pélago, pélaghi, *Pelagus*.
Piego, pieghi, *Faſciculus literarum*.
Poco, pochi, *Raucus*.
Prático, prátichi, *Verſatus*.
Prego, *vel* Prieghi, *vel* prieghi, *Rogatio*, *Preces*.
Ramingo, raminghi *Vagus*, *Infelix*.
Rogo, roghi, *Rubai*.
Saluàtichó, Salauàtichi, *Syluester*.
Spago, Spaghi, *Funiculus*.
Tedeſco

Tedeſco, *vel* Todeſco, Tedeſchi. *Germanus*.
Vbriaco, vbriachi, *Ebrius*.

Admonitio.

Hic obſeruandus eſt ordo alphabeticus.

Vnico, únichj, *Vnicus*.
Hæc tamen ſine H, *ſcribuntur*
Amíco, amici, *Amicus*.
Aſtrólogo, Aſtrólogi, *Aſtrologus*.
Calínaco, *vel* Canónico, Calínacj *vel* Canonici, *Canonicus*.
Cattólico, cattolici, *Catholicus*.
Greco, Greci, *Græcus ideſt gens græca*
Médico, Médici, *Medicus*.
Mònaco, Mŏnaci, *Monachus*.
Porco, porci, *Sus*.
Hic etiam obſerua ordinem.
In alijs obſerua vſum loquendi.
Fœmi-

Fœmininis autem vocibus quæ habent *C*, vel *G*, ante *A*, aliquando addimus *h*, in plurali, vt

Amica, amiche, *Amaſia*.

Piaga, piaghe, *vulnus*.

Pluralia tantum ſunt nomina numeralia eaque immutabilia præter *Vno*, quod quando vnitatem ſignificat ſingulare tantum eſt, & reſpuit articulum; ſi verò partitionem denotet illum recipit, vt *l'uno, e l'altro, gli vni, e gli altri, l'vna, e l'altra, le vne, e le altre, &c.*

Admonitio.

Vno, præfixum nomini adiectiuo *Poco*, ſemper genericè ſumitur, & requirit poſt ſe particulam *Di*, vt *Vn poco di pane, vn poco di vino, &c.* Parum panis, vini, &c.

Præfixum etiam alicui ſubſtantiuo eodem modo conſtruitur, vt *vn*

bicbier

Digitized by Google

bicchier di vino, vn pezzo di pane, poculum vini, fruſtum panis.

Cum vero aliquid peculiare, ac ſpecificum volumus denotare recipit articum, vt *Dátemi vn poco del noſtro pane, vn poco del noſtro vino, &c.*

Due, ſemper in proſa dicimus in vtroque genere vulgò autem *dua*, dui, duoi, & duo *poeticè*.

Vltimò nomina heteroclita, ideſt illa. Nomina maſculina, in *O*, ſingulariter deſinentia; quæ in plurali ſecundum analogiam deſinunt in *i*, & per anomaliam generis, & numeri finiũt etiam in *A*, cum articulo fæminino *Le*, ut

Ago, aghi ágora, *Acus*.

Anello, anelli, anella, *Anulus*.

Braccio, bracci, braccia, *Bracchium*.

Briciolo; briccioli, bricola. *Mica*.

Budello, budelli, budella, *Inteſtinũ*.

Cal-

Calcagno, calcagni, calcagna, *Tálus*.

Carro. carri, carra,, *Currus*.

Caſtello, caſtelli caſtella, *Oppidum*.

Centinaio, *facit* centinaia, *Numerus centeſimus*.

Cerchio, cerchi, cerchia, *Circulus Zona*.

Ceruello, ceruelli, ceruella, *Cerebrum*.

Ciglio, cigli, ciglia, *Supercilium*.

Coltello, coltelli, coltella, *Gladius*.

Corbello, corbelli, corbella, *Corbis*.

Corno, corni, corna, *Cornu*.

Cuoio, cuoi, cuoia, *Corium*.

Ditello, *facit* ditella, *Axilla*.

Dito, diti, dita, *Digitus*,

Faſtello, faſtelli, faſtella. *Faſcis*.

Filo, fili, fila, *Filum*.

Fondamento, fondamenti, fodamenta, *Fondamentum*.

Foſſo, foſſi, foſſa, *Fouea*.
Frutto, frutti, frutta, & frutte, *Fructus*.
Fuſo, fuſi, fuſa, *Fuſum*.
Ginocchio, ginocchi, ginocchia, *Genu*.
Gómbito, gombiti, gombita, *Cubitus*
Gomítolo, gomítoli, gomítola, *Glomus*,
Granello, granelli, granella, *Granum*.
Grido, gridi, grida, *Clamor*.
Guſcio, guſci, guſcia, *Putamen*.
Interiori *facit* interiora, *Inteſtina*.
Labbro, labbri, labbra, *Labium*.
Legno, legni, legna, & legne, *Lignū*.
Lenzuolo, lenzuoli, lenzuola, *Linteum*
Letto, letti, letta, *Lectus*,
Membro, membri, membra, *Membrum*.
Migliaio, *facit* migliaia, *Numerus milleſimus*.

Miglio

Miglio, *facit* miglia, *Milliare*.
Moggio, moggi, moggia, *Genus menſuræ ſegetum*.
Mulino, mulini, mulina, *Molendinū*
Muro, muri, murà, *Murus*.
Oſſo, oſſi, oſſa, *Os, oſſis*.
Paio, *facit* paia, *Par*.
Pugno, pugni, pugna, *Pugnus*.
Quaderno, quaderni, quaderna, *Codex*.
Quadrello, quadrelli, quadrella, *Sagitta*.
Raſtello, raſtelli, raſtella, *Raſtrum*.
Riſo, *facit* Riſa, *Riſus*.
Staio, ſtai, ſtaia, *Sextarius, genus menſuræ*.
Staiuoro, ſtaiuóri, ſtaiuora, *Iugerum*.
Strido, ſtridi, ſtrida, *ſtridor, Clamor*.
Suolo, ſuoli, ſuola, *Solea, Solum*.
Telaio, telai, telaia, *Textrina*.
Tetto, tetti, tetta, *Tectum*.

Tino, tini, tina, *Vas vinarium*.
Tuorlo, tuorla, *Vitellinus oui*.
Vaſellamento, vaſellamenti, Vaſellamenta, *Vaſorum copia*.
Vaſo, vaſi, vaſa, *Vas, ſis*.
Veſtigio, veſtigi, veſtigia, & veſtigie, *Veſtigium*.
Veſtimento, veſtimenti, veſtimenta, *Veſtis*.
Vouo, voui, voua, *Ouum*.

Admonitio.

Hæc nomina quamuis duplicem habeant in plurali terminationem, non tamen poteſt numerus ſingularis illorum in plurali concordari cum genere fæminino: non ergo dices v, g. *vno delle braccia*, ſed vno de' bracci, &c.

Nomina perſonarum, & locorum non habent numerum pluralem, niſi ſermo ſit de pluribus perſonis, vel

Locis

Locis eiuſdem nominis in ſpecie, vt *Gli Aleſſandri, gli Scipioni, le Fiorenze, i Napoli, &c.*

Nomen *Méſtiere*, quando ſignificat opus, ſingulare tantum eſt, & caret articulo, vt *fà di meſtiere*, opus eſt, quando veró ſignificat exercitium facit in plurali *i meſtieri*.

De nominibus Diminutiuis, aliiſquè Nominum ſpeciebus.

Cap. 10.

NOmĩna diminutiua habent cõmuniter apud Etruſcos has terminationes.

In

Ello, vt *Arditello*, Audaculus.

etto, vt *Giouanetto*, Adoleſcentulus.

Ino, vt *Libriccino*, Libellus.

Vccio, vt *Homuccio*, Homunculus.
Vzzo, vt *penſieruzzo* , Cogitatiuncula .
A Diminutiuis formantur etiam alia diminutiua, vt à *Caſetta*, dicimus *Caſettina*, *caſolina* , *caſellina*, *caſuccia*, Domuncula .

In *Ino*, ſunt Blanditiua, vt *Fanciullino*, *bellino*, *ragazzino*, *canino*, &c.

In *Accio*, & *Ame*, Improbrantia, vt *caſaccia*, *bomaccio*, *donnaccia*, *libraccio*, *gentame*, *contadiname* .

Admonitio .

Deſinentia in *A me* , interdum ſignificāt quantitatem, ac plenitudinē ſuorum primitiuornm , vt *beſtiáme*, *carnáme*, *oſſame*, ideſt multitudo pecudum, carnium, oſſium .

Huc etiam referri poſſunt terminantia in *oſo*, quæ quandam plenitudinem denotant, vt *vmoroſo* , *baldanzoſo*

roſo, ſententioſo, vezzoſo, ideſt plenus amore, alacritate, ſententijs, blanditijs.

In

Otto, & *one* ſunt augmentiua, vt *graſſotto, graſſone, homacciotto, homaccione, donnotta, donnone.*

In

Iſſimo, ſuperlatiua, vt belliſſimo, bruttiſſimo, &c.

Excipe.

I[r] *óttimo peſſimo, infimo, ſouráno, ſupremo, eſtremo*

In

Tore, & *Trice,* verbalia, vt *Amatore, amatrice, &c.*

Nomina patriā ſignificantia, non habent certas, ac peculiares terminationes, dicimus enim, à *Fiorenza,* v.g. *Fiorentino à Roma, Romano*, & (quando ex plebe) *Romaneſco,* á *Spa-*

gna, Spagnuolo, ab *Inghilterra, Ingleſe,* à *Nápoli, Napoletano;&c.*

In

Abile, & *éuole,* ſemper paſſiuè ſumuntur, vt *laudábile, lodéuolo,* ideſt *dègno di lode, o d'eſſèr lodato.* Laudabilis.

Oppificum Nomina deſinunt, vt plurimum in *aio,* & Romæ in *aro*, vt *Calzolaio,* Sutor, *Pentolaio*, figulus, *Beccaio*, vel *macellaio,* Lanius, &c.

De Articulis, illorum Natura, & numero, elegantia, vi, & vſu Cap. 11.

ARticuli ex propria vi, quæ incerta ſunt, atque infinita declarant, atque definiunt, ac vocem communem ad certam aliquam rem vel perſonam tanquam proprium indiuiduum reſtringunt; exempli gra-

gratia, cum dicis *egli è Rè*, ſine articulo, dicis Regem eſſe, ſed infinitè; non enim apparet cuius loci, aut qualis Rex fit, ſed ſi præfixo articulo dicis *egli è il Rè*, certum Regẽ denotas, illũ nẽpè, ſub cuius imperio viuis, vel certè pręcognitã perſonam de qua mentio antea facta eſt, & de cuius Regno cõſtat inter loquẽtes. Reddit igitur Articulus quod communiter, & generaliter dictum aliás videri ſine Articulo poterat, propriũ particulare, ac certum.

Admonitio.

Articulus præfixus generi inferiori, genericam habet ſignificationem, vt *la donna è animal loquace*, mulier eſt animal loquax.

In plurali amplectitur etiam totum genus, vt *le volpi ſono animali aſtuti*.

Arti-

Articuli ſunt tres: duo maſculini, vt *Il*, & *lo*, & vnus fæmininus, vt *la*.

Il, & *lo*, differunt inter ſe poſitione tantum, *il*, namque præfigitur nominibus incipientibus à ſimplici conſona, vt *il pane*, *il Cielo*, *il bene*, *il male* &c. vel à pluribus, quarum ſecunda ſit *R*, vel *l*, vt *il Principe*, *il tributo*, *il plebéo*, &c.

Lo, Præponitur nominibus incipientibus à vocali. & tunc cum Apoſtropho, vt *l'amore*, *l'elemento*, *l'idolo*, *l'odore*, *l'vſbergo*, &c. vel à litera *S*, cum alia conſona, vt *lo ſtudio*, *lo ſtiuale*, *lo ſpírito*, *lo ſcoglio*, &c.

Admonitio.

Lo, quando ſeruit loco pronominis præfigi poteſt cuilibet conſonanti, vt *io lo dico*, *tu lo fai*, *e' lo sà*, &c.

Veteres dixerunt, *lo Duca*, *lo Rè*, *Meſ-*

Meſſer lo podeſtà, lo Principe, &c.

Poſt particulam *Per*, ſolet communiter in numero ſingulari vſurpari *lo*, vt *Per lo mondo*, & in plurali per li, vt *per li campi*, *vel pe' campi* cum tamen aliquando melius ſonet *per il*, vt *per il lungo digiuno*, *per il lor ſenno*, quam *por lo lungo digiuno*, *per lo loro ſenno*, *&c*,

Item.

Per il che, pro *il perche*: quapropter *Per il*, ſequente conſona coaleſcit in *pel*, vt *pel campo*, *pel mondo*, *&c.* in plurali *pe' campi*, *&c.*

Gli, articulo plurali vtimur in nominibus, quæ in ſingulari numero habent *lo*, vt *gli amori*, *gli elementi*, *gli omicidi*, *gli vltimi*, *gl'illuſtri*; *gl'idoli*, *&c.*

Aliquando tamen ad euitandam odioſam eiuſdem ſyllabæ ſine mora repetitionem dicimus potius *li ſcogli*

Gli, pro *à loro*, ideſt illi, vel illis, paſſim in ore vulgi.

Gli, pro *à lui*, in ſpecie vùlgó poſt præpoſitionem vſurpatur, vt *accánto gli*, vel *allatogli*, pro *accanto*, vel *allato à lui* prope illum. *Admonitio*.

Gli, Accedente aliqua ex his particulis *lo*, *la*, *le*, *li*, *ne*, aſſumit intermediam, connexione, & euphoniæ gratia, literam *E*, vt *glielo*, *gliela*, *gliele*, *glieli*, *gliene*, ideſt illi, illud, vel illum, illi illã, illi illas, illi illos, illi de hac re, vel de his rebus, vt *gl ielo dirò*, hoc illi dicam, *glie la mandarò* illam ad eum mittam, *gliene darò*, illi de hac re, vel de his rebus dabo, &c. & æquè dicitur in genere maſculino, ac fæminino, & ſolum in numero ſingulari.

La, præponitur indifferenter omnibus nominibus generis fæminini,

vt

vt *l'anima l'entrata, l'immortalità, l'onnipotenza, l'vnione, la caſa, la donna, la ſt ella, &c.*

Generis neutri articuli, aut nomina ſola apud Italos non reperiuntur.

Excipe.

Queſto quello, coteſto. hoc illud iſtud Genus neutrum Latinorũ in nomine adiectiuo declaratur ab Italis addita hac voce *Coſa*, vt bonum eſt ſeruire Deo; *è buona coſa ſeruire à Dio*, vel *è bene ſeruire, &c.*

De Articulorum Declinazione. *Cap.* 12

Declinatio Articuli *Il*,

Singul.	*Plural.*
N. Il,	I.
	G. Del,

G. Del,	De', *vel* Dei
D. Al,	A', *vel* ai
A Il,	i.
Ab Dal,	Da', *vel dai.*

Admonitio .

Omnes Articuli ſeruiunt loco Pronominis ſolum in Datiuo, & Accuſatiuo.

Excipe.

Articulum pluralem *i*,

Declinatio Artculi *Lo*.

Singul.	*Plural.*
N. Lo,	Gli
	Lira ius .
G. Dello,	Degli.
D. Allo,	Agli.
A Lo,	Gli.
Ab. Dallo,	Dagli.

Declina-

Digitized by Google

Declinatio Articuli *La*.

N. La,	Le.
G. Della,	Delle
D. Alla.	Alle.
A. La,	Le
Ab. Dalla.	Dalle

Admonitio.

Articulus adhæret ſemper nomi-mini propinquiori, non ergo ex eo quod *Amore*, vel *Spirito*, v.g. habent Articulum *lo*, dices *lo mio amore*, *lo ſuo ſpirito*, *&c.* ſed il mio amore, il tuo ſpirito.

Le, quando ſeruit loco Pronomi-minis in Datiuo ſingulari pro *a lei*, ideſt illi, non recipit apud probatos huius linguæ ſcriptores vllam ex his particulis *lo*, *la*, *le*, *li*.non enim dicimus *lelo*, *lele*,*leli*,ſed *glie lo*, *gliela*, *gliele*, *glieli*, indifferenter ad genus.

Le,

Le, *le*, dici poteſt, quando vltimum *le* eſt loco articuli, vt *V.S. mi perdoni s'io non ſono venuto prima a baciarle le mani*.

Elegantia, & vis Articuli in hoc communi loquendi vſu clarè apparet, cum dicimus, *bere vino*, *il vinos del vino*.

Primus modus ſignificat non eſſe abſtinendum, ſed vinum bibere.

Secundus totum vinum abſumere.

Tertius, aliquam ex ipſo partem deguſtare.

Inter articulum, & nomen poſſunt aliqua elegantiæ cauſa interponi, vt *il di coſtui Auo*, *il di lui Padre*, *la ſempre lodata Giuſtitia*, *&c.*

Quibus

Quibus nominibus præfigatur Articulus.

Cap. 13.

ARticulus præfigitur ſubſtantiuis, quando de vna re certa, & peculiari fit ſermo, vt *il Libro, il Soldato, il Capitano, &c.* nam de re incerta, ac generica dicimus, *vn Libro, vn Soldato, vn Capitano.*

Item.

Nominibus communibus, & pronominibus *mio, tuo, ſuo, noſtro.*

Item.

Familiarum cognomina, nomina Fluuiorum, Regionum, Inſularum, Appellatiua Principatus, vel Magiſtratus recipiunt Articulum, vt *il Frâcioſino, l'Elſa, la Spagna, la Baddia, il Marcheſato, il Criſtianiſſimo Rè di Francia, il Cattólico Rè di Spagna,* dicimus

D etiam

etiam abſolutè il Cattólico, il Chriſtianiſſimo, &c.

Adiectiua præfixo Articulo pro ſubſtantiuis habentur, vt *il bianco, il nero, il dolce, l'amaro, &c.*

Articulus infinitiuis prępoſitus ea vertit in nomina, vt *il mangiare, il bere, &c.* pro cibo, & potu.

Aduerbijs ſæpè additur articulus, vt *Io sò il perche, il come, il quando.*

Articulus præcedens tribuit grãmaticaliter ſequenti prædicato (dõmodo hoc non ſit nomen proprium) articulum, dicimus enim *il fiaſco del vino, l'anello dell'oro, &c.* ſed communis loquendi vſus hunc dicendi modum tanquam nimis affectatum reſpuit; atque ità communiter dicimus, *il fiaſco di vino, l'anello d'oro, &c.*

Diximus, dummodo non ſit nomen proprium, quia hoc non admittit

tit Articulum, licet antecedens illũ habeat, vt *il libro di Lorenzo, la rotta di Pompéo, la vittoria di Ceſare,&c.*

Nomina numeralia, quantitatis, & qualitatis, ſi aliquid peculiare deſignent, Articulum poſcunt, vt *Rendétemi li dieci ſcudi, ch'iò vi preſtai, i tanti denari che tù haueui ſono già conſumati,&c.*

Aliquando inter nomen propriũ, & appellatiuum interponitur Articulus ad quandam diſtinctionẽ perſonarum, vt *Aleſſandro il grande Scipion l'Affricano, &c.*

Nomina propria ſi pro Auctoris opere ſumantur Articulum petunt, vt *il Virgilio, il Cicerone, &c.* pro l'Opera di Vergilio,&c.

De nominibus, quæ reſpuunt Articulum.

Cap. 14.

NOmina propria hominum, vt *Lorenzo*: Ciuitatũ, vt *Fiorenza*, brutorum, vt *Melampo*: numeralia, vt *Vno, due, &c.* quantitatis, vt *tanto, quanto*, qualitatis, vt *tale*, *quale*: & pronomina primitiua reſpuunt Articulum, & ſubſtituũtur illis in obliquijs particulę *Di*, *A*, *Da*.

Admonitio.

Articulus non præfigitur nomini communi, vel continuato, ſi hoc regitur à præcedenti nomine, vt *Verrà coſtà Franceſco mio Fratello*, non autem *il mio fratello*, *il Gran Duca Di Toſcana è in Italia potentiſſimo Principe, &c.* non autem *è il Prencipe.*

Si

Si antecedens caret Articulo, ſubſequens etiam illum reſpuet, vt *labbra di roſe, ciglia d'ébano, collo d'alabaſtro*; ideſt labia ex roſis, ſupercilia ex ebore, collum ex alabaſtro.

Indeſinitè, ac genericè loquendo nullis nominibus tribuimus Articulum, vt *chi hà danari truoua de gli amici, e non gli mancano adulatori*.

Aliqua Nomina gradum, & honorem ſignificantia, nomini proprio Adiuncta reſpuunt Articulum, vt *Don, Donna, frà, Madama Madonna, Maeſtro, Ser Meſſére, Mona, Monſignor, Papa, Santo, Sere*, & ſimilia, vt *Don Giouanni*, *Donna Giouanna*, *Fra Simone*, *Madama Iſabella*, *Madonna Porzia*, *Maeſtro Andrëa Taus*, *Meſſer Pietro*, *Suor Franceſca*, *Monſignor Antonio*, *Papa Aleſſandro*, *S. Giouanni*, *Ser Paſquino*, &c.

Pronomina *Mio, tuo, ſuo, noſtro, vo-ſtro*, quando immediatè præponuntur nominibus *Padre*, vel *Madre*, reſpuũt Articulum, vt *Mio Padre mi hà ſcritto, mia Madre non vuole, &c.*

Nomina *Altezza, Beatitudine, Eccellenza, Maeſtà, Santità, Serenità, &c.* huiuſmodi Pronominibus poſtpoſita non admittunt Articulum, vt *Voſtra altezza, ſua Eccellenza, Voſtra Maeſtà, &cc*

De modo declinandi per omnes Nominum terminationes, & per omnia genera.
Cap. 15.

SCiendum eſt prius, vnam eamdémq, in eadem numero eſſe apud Etruſcos nominum deſinentiam & Latinorum caſuum differentiam

ex

ex peculiari Articulorum termina-
tione dignoſci.

A

ſingul.

Il Papa,	La roſa,
Del Papa	Della roſa,
Al Papa,	Alla roſa,
Il Papa,	La roſa,
O Papa,	O roſa,
Dal Papa,	Dalla rosa,

Plural.

I Papi,	Le roſe,
De' *vel* de i Papi,	Delle roſe,
A' *vel* a i Papi,	Alle roſe,
I' Papi,	Le roſe,
O Papi,	O roſe,
Da', *vel* da i Papi.	Dalle roſe.

E

Maſcul. *Fæminin.* *Maſcul.*

Singul.

Il Signore,	La notte,	Lo ſtrale,
Del Signore,	della notte,	dello ſtrale
Al Signore,	alla notte,	allo ſtrale,
Il Signore,	la notte,	lo ſtrale,
O Signore,	ò notte,	ò ſtrale,
Dal Signore,	dalla notte,	dallo ſtra-(le.

Plural.

I Signori,	Le notti;	Gli ſtrali,
De' *vel* de i Sig.	delle notti,	degli ſtrali
A', *vel* a i Sig.	alle notti,	agli ſtrali,
I Signori,	le notti,	gli ſtrali,
O Signori,	ò notti,	ò ſtrali,
Da', *vel* da i Sig.	dalle notti,	dagli ſtra-(li.

Maſcul. *Singul.*	*Fœminin.*
Pari penſiero,	Pari volontà.
Di pari penſiero,	di pari volontà.
A pari penſiero,	a pari volontà.

Pa-

Pari penſiero, pari volontà.
Da pari penſiero, da pari volontà

Subſtantiuum *Penſiero*, mutato *o*, in *i*, reliqua manent.

O

Maſcul. *Singul.*	*Fœminin.*
Ogni huomo,	Ogni donna.
D'ogni huomo,	d'ogni donna,
Ad ogni huomo.	ad ogni donna,
Ogni huomo,	ogni donna,
Da ogni huomo,	da ogni donna.

Plural.

Tutti gli huómini,	Tutte le donne.
Di tutti gli huomini,	di tutte le dõne
A tutti gli huómini,	à tutte le donne
Tutti gli huómini,	tutte le donne,
Da tutti gli huomini,	da tutte le dõne

Alcuno.

Admonitio.

Tutto, quando eſt Adiectiuum, & præfixum alicui ſubſtantiuo vult poſt ſe articulum, vt *tutto'l mondo, tutte le coſe*; ſequente verò adiectiuo dicitur ſine articulo, vt *Tutto è buono, tutto è dolce, &c.*

Ambe, & *Ambo*, requirunt poſt ſe Articulum, vt *ambe le mani*, ambæ manus

Tutto, minus ſignificat, quam *ogni*, quia poteſt diuidi in partes.

Maſcul.	*Fæmin.*	*Maſcul.*
	Singul.	
Il Regno	La mano,	L'oro,
Del Regno,	della mano,	dell'oro,
Al Regno,	alla mano,	all'oro,
Il Regno,	la mano,	l'oro,
Dal Regno,	dalla mano,	dall'oro.
	Plural.	
I Regni,	Le mani,	Gli ori,

De'

De'*vel* de i regni, delle mani, degli ori
A', *vel* a i regni, alle mani, agli ori,
Da', *vel* da i Regni, dalle mani, da-
(gli ori.

V

Singul.	*Plural.*
La virtù,	Le Virtù,
Virtude poet,	*Virtudi poet.*
Della virtù,	delle virtù,
Alla virtù,	alle virtù,
La virtù,	le virtù,
Dalla virtù,	dalle virtù.

De Declinatione nominum Primitiuorum.
Cap. 16.

	Ego *Singul.*	*Tu*
N.	Io,	Tù,
G.	Di me,	Di te,
D.	A me, *vel* mi	A te, *vel* ti,

Im

In indiuid.	*In ind.*
A. Me, *vel* mi,	Te, *vel* ti,
in ind.	*in ind.*
Ab da me,	o tu,
	da te

Plural.

Noi,	Voi,
Di noi,	di voi,
A noi, ci, *vel* ne,	a voi, *vel* vi,
in ind.	*in ind.*
Noi ci, *vel* ne	Voi, *vel* vi
in ind.	*in ind.*
Da noi,	o voi,
	da voi.

Singul, & Plural.

Sui.

G. Di ſe,

D. A ſe, *vel* ſi,
in ind.

A. ſe, *vel* ſi,
in ind.

Abl. da ſe.

Ad-

Admonitio.

Prima vox datiui, & Accuſatiui horum pronominum, ideſt *a me*, in Datiuo, & *me*, in Accuſatiuo, &c. vſurpatur cum loquimur in Indiuiduo, & ad diſtinctionem alterius, ideſt quando concurrunt plura indiuidua, vt *tu dici à me, e non à lui.* Tu dicis mihi, & non illi. *Voi vedete me, e non gli altri*, vos videte me, & non gli altri, vos videte me, & non alios, *ogn'vno deſidera più bene à ſe, che a' ſuoi* Vnuſquiſque deſiderat magis bonum ſibi, quam ſuis.

Dicimus autē *a me, a te, a lui, &c.* ſequente immediatè aliquo ex his, vel ſimilibus adiectiuis. *Grato, caro, giocondo, utile, moleſto, &c. Hò riceuute le voſtre lettere à me gratiſſime, &c.* Accepi tuas literas mihi gratiſſimas.

Secun-

